



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Spiritus sancti pr[a]eparatio multplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

ministrabit illis, &c. Quinto quia Luc. 12.
 seruiuit nobis. seruiuit enim triplici-
 teti nobis. Primo per suos, scilicet an-
 gelos, prophetas, apostolos, & san-
 ctos doctores ecclesie. Secundo, per
 sua, scilicet per celum & terram, per
 Solem & Lunam; Mat. 10
 Qui Solem
 suum facit oriri super bonos, & ma-
 los, &c. Tertio per se, scilicet nobis
 predicando, pro peccatis nostris mo-
 riendo; Isa. 43.
 Seruire me fecistis in pec-
 catis uestris.

*Spiritus sancti preparatio
 multiplex.*

Prima est a peccatis per ueram
 compunctionem, & humilem
 confessionem purgatio. Non
 enim habitat spiritus sanctus in cor-
 de immundo. Vnde legitur in Gen. de Gene, 8
 de columba qua: figura erat spiritus san-
 cti; que cum non inueniret ubi requie-
 sceret pes eius, reuersa est in archam.
 aqua enim erat super uniuersam ter-
 ram. Non immergit se columba in
 aquis, nec spiritus sanctus intrat ubi
 est diluuium peccatorum. Secunda
 ratio est, sicut enim aliquis libenter
 declinat in hospitium, in quo scit de-
 siderari aduentum suum, precipue

CHRISTIANA

cum dominus hospitij muleum super hoc rogat eum, sic spiritus sanctus uenit ad eos qui sunt in oratione, & desiderant aduentum suum. Sap. 6. Præoccupat eos, qui se concupiscunt

Sap. 6. Tertia est humilitas. Isa. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, &c. Quarta est unitas. Vnde discipuli pariter erant congregati in eodem loco, quando spiritum sanctum acceperunt, sicut corporaliter, ita & spiritualiter, habentes cor unum & animam unam. Spiritus hominis non uiuificat membra corporis nisi sint unita corpori, sic spiritus sanctus in corpore ecclesie illos uiuificat qui habent unitatem, & concordiam. Quinta est auditus uerbi diuini. Act. 11. Adhuc loquente Petro cecidit spiritus super eos qui audierunt uerbum Dei. Psal. Ignitum eloquium tuum uehementer. Vnde bonum est omni tempore libenter audire uerbum Dei.

Act. 11.
Psa 118

Signa habitationis spiritus sancti sunt tria.

Primum est consolationum huius mundi plena refutatio. Psal. Renuit consolari anima mea.

Psal. 76.